

& viscidis & crassa, hæc generatur quando fluida vel à restagnatione longiori, vel ab ambiente frigore, vel à cibis frigidis viscidis & glutinosis incrassat & coagulatur. Provocat ad examen, & excipit

lympham in ventriculo & intestinis, quia ita immixta & aliis humoribus, sic in ventriculo adiunctum habet Spiritum acidum, in intestinis bilem & succum pancreaticum, & pura ibidem inveniri nequit,

LIBRI PRIMI DE *Capitis Affectionibus.*

C A P. I.

De Epilepsia.

AMORBI vehementia vocavit etiam morbus Herculeus, ab ejus magnitudine morbus facit; Sacer enim significat etiam magnum. Aut facit famem, i.e. magna.

Nonnulli Theologii ea sunt opinione, omnes Dæmonicos, quorum mentio fit in Sacra Scriptura, sive Epilepticos, & morbi hujus curationem dici spiritus malefici ejectionem & Exorcismum. Sapienter enim tot monstrosa adiunt hoc in morbo symptomata, ut pro obsessis haberantur, sic vidimus Epilepticam cælibem adhuc corpore obeso præditam, suctique lascivialis & libidinosiplenam, quarantas p[ro]ssa est convulsiones abdominis & collis contorsionem, cum omnimoda dava dno[rum], ut a primis Medicis pro obsessa habitu fuerit. In ipso enim paroxysmo inter ejulatus & clamores peregrina quadam vocabula protulit, quæ tamē paulò post adhibuit convenientib[us] remediis aliquādiu convulsiuit.

Omnia enim hæc à causis naturalibus sive otta semper haetenus credidi, & me magis mea in opinione confirmavit Ro-

dericus à Castro in suo de affectibus malorum eruditio tractatu c. 2. l. 2. de Epilepsia ex utero.

Videtur itaq[ue] hoc in affectu divini quid latere, quod nec dici nec scribi possit, præ primis illis, qui in quatuor humoribus vulgaribus circa morborum explicacionem quietescunt. Et nemo negabit Dæmonem monstrum istiusmodi ex Dei permisso nisi morbis ad torquendos homines, talique sub larva plurimis imponere malignum illum Spiritum, humani generis horremus.

Definitio.) Medicis contenti sunt explicazione, & clara ac perspicua descriptio, sive illa Legibus Logicorum conformis sit sive non modo si ita clara ut affectus natura inde clare & distincte percipi possit.

Convulso.) Proprie loquendo non est convulso, quæ si membra aliquibus contractio, permanens & dolorosa, ut in Tetano &c. Explicata vero per motum convulsuum potest stare loco generis.

Plerarumque.) Nonnunquam totum corpus cum omnimoda sensuum exterritorum

norum & internorum & ablatione convellitur, sive prius etiam & quidem frequenter plerique partes convulsivae moventur, brachium, pedes, digitus, caput: vidi in quibus sola facies & potissimum oculi cum frontis musculis convellebantur.

Plerumque laesione.) Redictus definitur per functionum animalium laesione ad tempus, sive detentionem, quam per abolitionem, ubi enim tales functiones planè abolitæ sunt, vix vita superstes erit. Neque semper omnium adest sensuum laesio, sed aliquorum, sive prius mens remanet, & sensus constant, partibus interim sub capite mirum in modum convulsis: sive prius tensus & vitus laedantur, salvo manente auditu, ut ægri audiant quæ dicantur, nihil tamen sentiant, videant neque loqui possint, quod aliquoties in Epilepsia teorbutica sive hypochondriaca observavi: vide Exemplum de moniali à Riverio allegatum in sua præxi.

Ceteram hic producitur subjectum morbi sive pars affecta affirmativum & negativum. Affirmativum est cerebrum & consequenter nervi. Negativum membranae sive cerebri meninges, quæ intelliguntur per cerebri membranas.

Sed gravissima hie moveretur controversia, si cerebrum est pars affecta & subjectum; autora ejus substantia, an secundum aliquas partes afficiatur? Siquidem in cerebro latere causam videmus à subitanea illa ævi-
dencia & functionum animalium laesione. Autores in diversis abeunt sententias, dum aliqui ventriculos cerebri, aliqui totum medullarium, aliqui vero membranas cerebrum investientes accusant.

Priori sententiae addicatus fuit Galenus, quem alii secuti sunt Sennertus & Rive-
rius eam sententiam etiam excusat, & ad

adversariorum argumenta respondent, quæ responsiones nequaquam satisfaciunt multorum expectationi: Nam si obstruc-
tio horum ventriculorum esset causa Epi-
lepsiae, quare illi, quorum in ventriculis cerebri post mortem fuit inventa tanta humoris copia, non fuere Epileptici. Quare inde nō toporosus quidam potius excita-
retur affectus quæ Epilepsia, quare nō de-
sineret statim post paroxysmum in paraly-
sin. Respondei quidē Riverius, admitten-
do imperfectam ventriculorum cerebri obstruktionem, & accusando facultatem expulsivem, vel ob humorum copiam non insurgentem in apoplexia, in epilepsia verò irritatam inurgere &c. Sed hæc quæ de facultate expulsive dicuntur, sunt loco
dissolute.

Accedit hoc, quod cerebrum tanquam pars mollis & laxa non ita possit constringi & convelli, ut materia quædam peccans tali insigni conatu excutiatur, id enim cerebri mollities nunquam admittit, quæ rati-
o etiam secundam opinionem perstringit. Non enim sequitur, causa Epilepsiae mor-
bifica hæret in cerebro: Ergo cerebrum est subjectum primarium, quia nonnulla sunt in cerebro, quæ non pertinent ad cerebri essentialē constitutionem, v. g. Spiritus ani-
males; Neq; et à sequitur, partes nervo-
sæ ita convelluntur, Ergo etiā ipsum cere-
brum; quia longe alia est constitutio par-
tium nervosarum, quam ipsius cerebri.

Tertia opinio primo intuitu videatur probabilior, dicunt enim, meninges à maligna quadam aura constringi, sicq; ipsum comprimi cerebrum, unde porti claudan-
tur, ut cessent omnes actiones animales, &
quia caudices nervorum exortiantur ex appendice meningum, totum sic genus nervosum convelli.

Nn 2 Verum

Vcrum obstant nonnulla quæ hanc opinionem evertunt i. meninges & quidem duram mater firmiter adhæret crano. Pia etiam mater membranarum connexu ita contrahi nequit, ut talis cerebri compresio oriatur, ita ut iraque membrana magnam sui partem sit immobilis.

2. Multi in cephalalgia conqueruntur de tali membranarum constriictione & cerebri compressione, als wann ihnen das Hirn zusammen gezogen wäre / neque tamen sunt epileptici.

3. Meninges sæpius multa ferunt in vulneribus capitis, cranii fractura, meningis ipsius læsione, neque tamen talis motus convulsivus inducitur, quis ergo diceret à sanguine vel vaporibus facilius contrahi meninges, quam à læsione à ferro, sanie &c.

Et in levi sive imperfecta epilepsia, in qua ratio manet integra, non conqueruntur ægri de tali contractione spastmodica, sed potius de cerebri quadam inflatione & spirituum tumultuosa explosione.

Videtur itaque probabilius, cerebrum esse quidem morbi sedem, sed non affici primariò, verum spiritus animales potius qui sint naturæ salinæ, à particulis nitro-sulphureis ita affici, ut vel ob repletionem vel ob inanitionem inordinatè & cum impetu explodantur. Siquidem quod est motus regularis instrumentum præcipuum, illud etiam à motu irregulari præcipue afficitur. Atqui Spiritus animales. Ergo. Quam opinionem prolixius defendit Clar. Willis in sua cerebri pathologia.

Idiopathica) Hæc differentia desumitur à Subiecto, cerebro netpe; partes emitentes humores vitiosos sunt ventri-

culus, lien, uterus, sæpius etiam partes externæ, manus & pedes, in quibus primum formicatio quædam prætentitur, post ex hac parte versus caput sensim perrepare & serpere videtur, sæpius etiam instar auræ frigidæ versus caput aſcendentis imminentem patoxymum prædicit.

Causa tamen Epilepsia non latet in his partibus, sed potius in cerebro, quia spiritus animales nullibi exploduntur in partes nisi in cerebro; Hæcque prænomina symptoūata præliminaria signi rationem saltem habent, vel sunt causæ evidentes, quia vitiosa alicujus visceris dathesis excitans aliquam ibidem perturbationem, facile ob fermenti transmissionē vel spalsti ulque in cerebrum continuationem, in cerebro jam prædisposito accessionem epilepticam excitat.

Vel spirituum in cerebro explodi incipientium tantum signa existunt, dum enim Spiritus quidam in privatis hospitantes partibus & locis, destituto continuo aliorum spirituum influxu, inordinatum cent motum, siveque in Extremitatibus nervorum & in illis partibus quibus nervi illi inferuntur spasmus quosdam excitant, qui ulterius serpentes cerebro communicant, Spiritus jamdum ad explosionem paratos concitant, ut ita exordinate excurvant, siveque instar fomitis ignariæ se habeant, id quod sapissime fit ex utero, nec malum tamen heret in utero sed in cerebro, quod probat Carolus Piso & Willius.

Fortis vel levis) quatenus fit vel cum avoq. vel sine, quatenus in terram prosternuntur, sensus omnes laeduntur, omnes partes conyelluntur vel non,

Acrea

A credine acido-austeræ. Particulae hujus lymphæ non sunt solum teretes & aculeatæ, verum etiam hamulis prædictæ, quibus penetrant, se se fibris nervorum ita insinuant, ut iis infixæ adhærent pertinaciter. Verum si talis nervorum constrictio adesset, nonne potius paralysias oriretur & spirituum animalium totalis influxus impeditetur, quod in Epilepsia dici nequit.

Paret ex effectis & curatione. Acidi pñ. effectus sunt ductus acidi, vitalis effervescentia in corde defectus, anxieties circa præcordia, ventris tortina, motus convulsivi, dolores lacerativi, lancinantes & sine ardore rodentes.

Austera glutinositatem rebus conciliant, dolores convulsivos & suffocationem hypochondriorum excitant. Quæ omnia an in Epilepticis vel saltem aliqua reperiantur, quilibet judicet.

Austerum corrugunt tinctura castorei; Salia volatilia, oleosa v. c. C. C. crani humani, succini, Spiritus salis armoniaci volatilis salsus.

Acidum curatur alterantibus. Salia volatilia, Sal volatile armoniaci, salia fixa & quæ infringunt acrimoniam v. g. limat. Osis, margarite, ocul. C. creta, corallia, rasur. ebor. ungu. alcis, fæcul. pœon. Spiritus volatiles armoniaci. Oleosa v. g. olea aromatica stillatitia, Emulsione, opiate, diuretica, sudorifera vomitoria & purgantia acidum educunt, temperato prius humore acido, quia nulla purgantia humores acidos blandè educunt. Omnia hæc in curationem Epilepsiaæ adhibentur, concluditur ergo Causam esse lympham acido austera-

Vapores non admittit) Exita sanguinem massam non placethoc, si enim vapores moschi & ambræ excitant passionem hystericam, quidni etiam vapores tales maligni excitat convolutiones.

Signa alumbrio) sunt factio anhe- litus, natum pruritus, dolor ventris, etæ conveniens, stridor dentium in somno, urina turbida.

Causa nonnullorum symptomatum hinc etiam considerandæ veniunt, cur non tam cadant, quod fit in Appoplectitis, quam vi potius prosteruntur? Ratio videtur, quod omnis notitia & cognitio Epilepticis statim adimatur, & quod nervi capti vicini validè contrahantur, unde tota corporis moles subiùd prosteratur. In appoplexia fit casus, quemadmodum fulcimenta ædium remota faciunt ædium collapsum in Epilepsia verò, quemadmodum ædes à pulvere pyro disrumpuntur & de loco moventur.

Spuma oris) Habetur saliva spumosa à multis pro signo patognomonicæ, quamvis in aliis affectibus pneumaticis & hysterico sèpins appareat. Causam putarunt esse cerebri constrictiōnem, ita ut exprimatur sputum in palati cavitatem, verum cum ante diētum fuerit, neque cerebrum ita convelli posse, neque etiam viae apparent, statim cum Willistio fieri & generari spumam ab aëte conciente ita lativam, ut videmus albumen ovi agitatum verti in spumam; cum enim nervi thoraci diaphragmatis & pulmonum motui dicati convellantur, præcordia valde constringuntur, & pulmones sursum ad laryngem usque elevantur, ita ut nec respiratione nec pulsus percipientur, sanguis verò in corde restagnans illud

valde comprimit, hinc crebra & frequenti respiratione aet continuo transit salivam, eamque vertit in spumam & foras protrudit.

Eadem est causa, quare sive Epileptici peccus sive thoracem percutiant manu, ob sanguinis nempe restagnationem cor comprimentis & suffocationem comminantis, ita ut in suo cerebro raro naturae instinctu ægri thoracem percutiant, quo illo motu & agitatione sanguis ventilatur, & cor ab oppressione vindicetur. Videretur eodem modo hoc fieri, quo dormientes titillati, aut pulicum mortuvellicati locum affectum incisi conficit & scalpunt.

Cura est difficilima, quia non solum ibi haeret causa morbifica, ad quod medicamenta purgantia & alia non tantum tendunt, verum etiam à singulis paroxysmis cerebrum quod est fons & scatrigo spirituum animalium, plurimum debilitatur, ejusque pori laxantur, sic que cuilibet materie heterogeneæ post patet accessus.

Ante pubertatem. Tum enim duplex accidit homini alteratio, dum spiritus animales ad testes & partes genitales influunt copiosius, sive simul si quæ adhuc particulariter nitro sulphureæ explosivæ quasi revelluntur à cerebro & aliò minuntur, si sanguis fortan quoddam exoticum & malignum contineret fermentum cerebro communicandum, tum illud facile per arterias spasmodicas in testes deponeret: è contra accipit sanguis in testibus seminalem quandam Tincturam, eamque reflujo suo cursu toti communicat, hinc corporis & animi doles sunt tunc vegetiores, pili erumpunt, sicut in

ita ut videamus sanguinem & succum nutritum novâ quâdâ Zymoseti imprægnari; & Hippocrates rectè statuit, si fermentum illud morbificum à fermento seminali non supereretur, tum nullam superesse reconvenientia spem. Epilepsia sive aegrotantem in ipso tollit paroxysmo, quantum vel in apoplexiā degenerat, seu propter violentam illam concussionem tota illius œconomia evertitur: Et refert Riverius, nonnunquam particulas quasdam processum mamillarium per nares explosas fuisse.

Vi motus eventus est duplex, terminatur vel ad mortem vel in aliud transit morbum, melancholiā continuam, paralysin aut maniam, propter toni cerebri ejusque conformatioñis depravationem; hinc admissis aliis particulis exoticis spiritus animales figuruntur, vis elasticæ deficit, nec amplius exploduntur.

Indicationes] Methodus medendi hic saepissimè non observatur, sed ad Empirica confugiunt, plurimi etiam ex practicis, forte quia causam & effectus hujus genitum non bene cognoverunt, quæ res dubio procul felicius succederet, si simul alia obstacula removerentur medicamentis convenientibus; Sunt ergo indicationes vel curatoria quæ paroxysmū respiciunt, vel præservatoria, quæ causam morbi.

Frictiones] Duplex in paroxysmo fit intentio spiritus efferos & volatiles inordinato motu quodammodo figere. Expositiones factas in genere nervoso supprimere & spiritus avocare.

Fit hoc perfusiones, quia sic spiritus efferti demulcentur, revocantur & in ordinem rediguntur & ad coniuncta munia illa titillatione admonentur.

Punitio-

Punctiones] Non sint violentæ, neque vellicationes neque cucurbitulæ, neque partium extensio[n]es approbantur, si perperam instituantur, quia tam abest ut spiritus effici tali irritatione demulcentur; ut potius inordinatius influant, & duplex etiam tali cura natura infurtur molestia, una a morbo altera a remedio.

Clysmata] Diuinað[?] nolunt diutius duret.

Illimitationes temporum, narium] Balsamoruta, vita, succini, castorei, acetoru[t], bezoartico, aqua birundinum cum castoreo circa eranii suturas.

Naribus offerantur, que spiritus animales suâ graveolentia repellant intus quam extra adhibita, spiritus salis armanniaci C. cerv. fuliginis, ungul. alcis Vitroli philosoph. castor, ruta, asa, foetida.

Præservatoria indicationes extra paroxysmum possunt referri ad hæc duo; sanguinis sive liquoris viralis, & nervosi sacci, i.e. liquoris animalis vitia corrige-re per morbifica fomitis evacuationem.

2. Crebri virosam diathesin tollere, prius fit vomitorii, purgantibus V.S. &c. posterius per appropriata.

Quætitur in quonam consistat virtus specificorum? R. In vi adstringente, quægaudent vegetabilia, v. gr. ruta, betonica, majorana, lili convall. unde dilatati poti iterum reducuntur ad pristinam & debitan figuram, & nocivus particulae heterogena e illapsum impeditur.

In animalibus vero & mineralibus consistit in expirazione quadam armonia- eâ sive urinoſa, omnia enim illa specifica cranium humanum, &c. exhalant ðða. ðða armoniacam sive dissipativâ, unde spiritus animales deputantur & particulae explosivæ figurantur vel dissepantur.

Fontanella] Videntur convenire, quia latex letolus per tale emissarium educitur, & aliqui in paroxysmo igni incidentes, quamdiu nlceta illa manant & incurata mansere, tamdiu paroxysmo non fuere correpti; notante Willi[o] Ob-serv. 2. Cauterius curavit Carolus Pilo, Setaceo Hildanus, Vesicatoria etiam convenient.

Menstrua nihilominus in se tempore & modo fluebant. Quare ergo laboravit epilepsia; R. Ut fermenta naturalia circa puberratis annum se expletent, sic etiam præternaturalia vel hæreditaria, vel ascititia longo tempore latentia comoventur & vim suam exserunt, nihilominus mentes inter se odinate fluunt, quia causa non in utero haret, sed in utero evitatur.

Radix Paonia Maris; Luna decrecente collecta intus & exsus: Willis ad 3j. cum aq. cerasor. nigrorum exhibuit, & Epilepticam felicissimè curavit.

Rad Valeriana sylvestris ad 3j. vel 5. cum vino vel lacte datur.

Vomitoria danda triduo & quadruplex ante plenilunium, ante quævis novi & plenilunia Crocus metallorum, in infusione 3rū vitæ, Tarr. Emetic. Mysichti ad gr. iii. Sal. Vitr. à 3j. ad 38.

V.S. venis hæmorrhoidalibus sanguis fugæ applicata præferuntur, in pollice pedis V.S. laudatur.

Semper admiscenda specifica vomitoria.) Sic vomitoria dati possunt cum conserva flor. peconiz in figura boli. Pulveribus & pilulis additur castoreum, eran. human. ol. succini, sal armoniacum specificum cephalicum D. Michael. cinnabatis anumoni ritè præparat.

Will.

Willis, &c. fol. visc. querc. ziz. rad. pœon. incis. zib. castor. ziz. ponantur in vase clauso cum aq. beton. vino albo. à ff. sal. visc. quercia. vel communis ziz. dirigantur in vase clauso calore arenæ per 2. dies; capiat ziz.

Sin verò cathartica & specifica incalsum fuerint exhibita, ad remedia magna accedendum: diaphoretica, salivantia, thermas & acidulas; decoct. lign. &c. acidulae artificiales zio & arte imprægnatae; Massoria dicit causam, quod raro cureret epilepsia, quod Medici semper in levioribus hereant.

Olea,) Olamygd. dulc. quia acidum Epilepticum compescit; ol. fulig. ad git. vi.

Heroclinium lucandi, quod Paracelus pro specifico judicat, ex uterin. fertur fœminam Epilepticam sanam factam ulu carnis lupi in pulverem redact. Vid. resolut. medic.

Sive bilis sive pituita: addendus humor melancholicus, melancholici enim saepius fiunt Epileptici, ob humoris natu ram acidam & nervis inimicam, & humor melancholicus facilimè induit naturam Vitrioli vel & tii.

Coturnicis Laborant ipsi Epilepsia, & saepius in mentem vocati nocent: aliqui de hoc dubitant, & putant inclusos corrupti epilepsia, secus vero si libero fruantur aëre, vescuntur helleboro sese hoc remedio præservant; putamus tamen illos inse continere characterismum quendam Epilepticum, & aliquid commune cum bufonibus obtinere, ipsorum ova habentur pro morbi hujus antidoto, quemadmodum hepar canis rabidi tollit venenum rabiega inducens.

Fel catulinigrum) quia acidum corrigitur ab amaro; pinguedo cati sylvestris umbilico illita.

Pulvis cordis humani violenta morte interempti; Elixir pœon. Mysicht. tintatur. flor. pœon. ror. solis die stercus pavonis figendo Spiritus & acrimoniam temperando.

Infantes morbo huic sunt maximè obnoxii, ob cruditatem ventriculi, lactis coagulationem, voracitatem, dolores, vigilias, vermes, dispositionem semi nalem & nervosi generis imbecillitatem, observatum fuit, puliculas è lacte vaccæ recrementis cerevisia coctæ (vulgo Treher) nutritæ paratas excitasse Epilepsiam, quia particulæ illæ acidæ postmodum in ventriculo promptissimam excitarunt lactis coagulationem.

Fit verò hoc circa duo potissimum tempora, primo à partu mente, & tempore dentitionis. Post nativitatem cerebrum nondum est satis firmum, nervi etiam sunt laxiores propter humidi abundantiam, hinc si à liquore illo, quo partes irrigantur, nimium inficiantur Spiritus animales, irritantur & inordinate moventur, quo confert totius massæ sanguineæ & nervosi liquoris contracta in utero ob aëris defectum & debiram ventilationem, pravam dispositionem, ob hunc ventilationis defectum saepius in infantibus recens natis erumpunt sanguinis effervescentiae latæ, rubicundæ & morbillorum instar.

In dentitione) propagines nervorum circa radices dentium à sanguine restagnante acriori corrugantur, & spasmodico convelluntur motu, unde dolor vehementes. Atumore etiam gingivarum sangu-

sanguinis circulatio impeditur unde arteriae comprimuntur, quod ibidem fieri potest a nervorum corrugatione, sic que febiles oriuntur effervescientia.

Florentini infantibus suis occiput mature inurant, sicque illos ab epilepsia præservant.

Formulae medicamenta purgantium pag. 111.

Dolis 3ij. r. cum pp. additum spiritum salis facilius fermentet, Ergo sine spiritu illud exhibere. Hinc potest etiam addi Electuar. de tamarindi vel f. h. 3j. Electuar. è succ. ros. 3vj. pulv. jalap. 3j. Misc. f. Electuar. vel etiam inde fieri possunt pilulae.

Preparantina p. 12.

R. Liquor. Tattari &c. Liquor Tattari est liquor spleneticus ex Tattaro & nitro apud Schröder. lib. de Tattaro vim habet præcipitandi lympham, convenienter in affectib. cephalicis spleneticis & nephritis, ad gtt. x. vel xx. bis vel ter de die.

R. Sal succini volatile &c. Aquæ prophylacticae descriptionem habet Author de febribus malignis.

Observatio I. propter humiditatem cerebri pori fuere laxiores, fibræque a se invicem disjunctæ.

Ratio quare sapo conveniat, quærenda est in sale quo constat lixiviali. (Observationes Decker.) Quod charyophyl. juverint causa consistit in explosione Spirituum animalium. II. quod dissident particulas nitro sulphureas, habent enim sal volatile oleosum in se.

In Formula prima, Tinctura cæstori non debet excedere gtt. x, quia est in gratia saporis, in sexu fœminino debet addi laud. opiat, incomplet. gr. ij. vel iiij. pos-

sunt sufficere, tempore vespertino opia ta debent exhibeti.

Vinum) Viscus quercinus & semen pœoniae sunt specifica, constant ex cephalicis & cordialibus, quia valde corroborabuntur in ista convulsione.

Cinnabaris) debet esse ritè præparata, alias exercet vim Emeticam & antimonialem.

Specificæ anti novi & plenilunium sunt surpanda, quia tum insigues animad- vertuntur fermentatioues.

Formula ultima in infantibus lactan- tibus suspecta est propter Spirit. salis at- moniaci, qui coagulat lac in ventriculo.

Syrup. diacod. referuntur inter anodyna, & paratur ex papavere, sedat imperium spirit. animalium.

Aq. fæniculi) quia adiunt flatus & tor- mina.

Manna vel per se soluta in lacte mater- no; vel pulment paratur ex 10% amygdal. & sacchar. Penidii. Vel 1/2 pro infante 3. Mensum, manna electa ðij. cum 10% amygdal. rec. & Sacchar. penid. f. pulm. pro 1. dosi 3β. Syr. fl. persic. pt. add. si suspicio sit delumbricis, Syrup. solut. simpl. 3β.

Infantes obnoxii sunt motibus epilepticis (1) ob nimiam voracitatem, unde flatus & cruditates colliguntur, succus pancreaticus nimium acescit, unde excitantur termina. (2) quando acidum in illis augetur & humores induunt natu ram vitriolatam. (3) Veleritam fit primo mente à partu, quia tum cerebrum sca tet istiusmodi humoribus collectis in ute- tero materno, ob prohibitam transpira- tionem & sanguinis ventilationem, hinc liquor generatur, qui facile ingreditur ce-

Oo

cerebrum.

rebrum. (4.) tempore dentitionis sive etiam fit propter consensum, quando exiguae propagines nervorum à sanguine restagnante vellicantur, quae vellicatio communicatur cerebro. Vel intumescent gingivæ, propter illum tumorem compressuntur arteriæ, unde prohibetur sanguinis circulatio & restagnat, &c.

Formule in paroxysmo.

Rad. bellabor. nigr. ppt. 3ij. cardamom. 3j.

Cort. citr. arant. aa. Div. incisa & confusa ad spergantur ag. epileptica Langii; dentur ad nodulum ex sindone albo S. Säcklein zu einer Maas Wein.

Prospecfico] Bz. Tinctur. Lune 3B. Tinct. succin. 3j. m. S. Rößliche haupt.

stärkende Tinctur, 15. Tropfen auf einmal.

In infantibus sit pulmentum ex manna, Bz. Emplastr. Epilept. Cratonis 3ij. ducatur super alutam, & obducatur sindone rubro. Fiat Emplastr. rotundum, S. Pflaster vero aufs Haupt zu legen.

Bz. Specific. cephalic. gr. v. ungul. alcis præpar. rasur. cran. human. aa. 3B. m. f. pulv. dividatur in tres partes æquales S. besonder Pulver aufz 2. mal. Pro infantie trium mensium: vel Bz. specif. cephal. gr. iv. S. besonder Pulver vor ein mal/datur cum aq. cerasor. nigror.

Clyster pro infante unius mensis.

Bz. Flor. beton. sambuc. aa. p. j. Coq. cum juculo carnis; Colatur. - Bz. 3ij. adde urinapueri 3ij. vitell. ovi M. t. Enema.

C A P. II.

De Apoplexia.

Cerebrum] Et quidem corpus callosum, quia imaginatio & sensus communis afficiuntur, dum totalem patiuntur Eclipsin & obtenebrationem. Subiectum itaq; proximum immediatum sunt spiritus animales cerebri, regionem istam, ubi principes animæ cognoscentis facultates resident, nempe corpus callosum incolentes.

Mediatum vero statim meditullium cerebri, quia in hoc omnium sensibilium perceptiones terminantur, ipso itaque inctuente paroxysmo cessant functiones cujusque spontaneæ, ut & cognoscentis actus omnes: quia spiritus animales in Emporio suo corpore callo-

so comprimitur, unde non solùm motus expansionis verùm & ipsorum effluxus in appendicem nervorum proflus deficit, hinc illa Eclipsis totam regionem animalem, quæ hujus ditionis est, obscurat & obtenebrat.

Pulsus vero & respiratio, nec non ventriculi & intestinorum actiones remanent, si non perfecte tamen imperfectè & languide, quia ipsorum actus omnino à cerebello procedunt, quod aut parum aut planè non lèditur.

Cum vero explicatu difficultimum sit, quomodo spiritus animales statim in ipso emanationis fonte ita possint subito comperti & extingui, ut cessent omnes motus

tus

tus & sensus: *Authores* in diversas ab ère sententias. Alienam in corde causam quæsiverunt, alii in cerebro, ejusque ac-
culant malam conformatiōnem, (intem-
periem) obstruciōnem, eamque putant
aliqui fieri in ventriculīs majorib⁹, alii
in poris cerebri minorib⁹ ita ut vel san-
guis pro spiritū fomite non possit ad
illās partēs influere, vel spiritus animales
inde effluere. *We pfferus sedulus* in
apoplexiæ vera cāula inquītēndā verām
invenit causam in sectis apoplecticorū
cadaverib⁹, h.e. ipsius cerebri & cera-
belli substantiæ quoad minutissimos po-
ros obstrucciō, ita ut nec spiritus vitales
sanguine influere, nec animales effluere
possint.

Hocque fieri putat, quando arteriæ ca-
rotides obstruantur a sanguine ibidem in
grumas abente, vel comprimantur à
glandulis lymphæ copiosa refertis, vel in
cerebri substantia vasa minora obstruan-
tur ab humore crasso & viscidō, vel san-
guinis influxus inhibeatur rupto aliquo
vase in cerebro.

Effluxum verò spirituum animalium
inhibet ob principii nervorum à collu-
vie feroci factam obstrucciōnem, vel ob
subitam ejus compressionem à turge-
scēntibus venis & arteriis meningū &
ipsius cerebri, vel sanguine intravasato in
ventriculī latente, vel ob diathesin
phlegmōdēam.

VViliſius putat totalem sanguinis è ce-
rebro exclusionem fieri nunquam posse
ob carotidū arteriālū internarū ob-
strucciōnem, quia arteriæ carotides
& verticāles ita osculūs innumeris sibi
conjungantur, ut liquore injecto arte-
riæ carotidi paulo post videantur tinctæ

universæ ramifications & arteriarum
cato idum & cervicalium: hinc quam-
vis unus forsan fuerit obstructus ramus,
sanguinem tamen facilimè per aliam ce-
rebri substantiam influere posse: invenit
etiam ipse Author osleam arteriam caro-
tidem post mortem, neque tamen æger
unquam morbo attonito fuerat corre-
pius.

Totalēm verò sanguinis exclusionem
infecte posse prolixè demon-
strat, sed tuū non esse apoplexiā, sed
hystericā passionē vel animi deliqui-
ū, quatenus sanguis nimium irruit ver-
tus cor ob aliquam consternationem, vel
spiritus animales ob denegatum infla-
xum non influant, quod sepiissimè fit ob
nervos cardiacos spasmō affectos, tumq;
sine omni motu & pulsu jacent ægti, sed
cum pulsus hoc in morbo sit fortis, alia
erit causa; una est occidentalis à causa
forti & subitanea oriente; altera est habi-
tualis à cerebri vitiōsa dispositione, &
hæreditatia, potest enim apoplexia divi-
di, quarum una oritur à meditallio ob-
strucciōne, altera verò à cerebello, vel ab
utroque. *Cerebrum* huic morbo magis
obnoxium denotant prævie scotomizæ.
Cerebellum verò male dispositum argu-
unt, creber incubus, pulsus intermitens,
syncope & lipothymia.

Fit vero apoplexiā sepiissimè sine causa
ulla procatartica, hinc nulla etiā prophyl-
acticā curatio institui potest. Et curatoria
plerumque inefficax est. Est magna ali-
qua continui solutio, unde cerebri mea-
tus opprimuntur & obstruuntur à san-
guine extravasato, abscessu in meningib⁹
& postmodū rupto; ab humoris feroci in-
undatione, à nimio Sp. V potu; vel intet usū
O o 2 aci-

acidularum magna dosi assumptarum somno post prandium, urina suppressâ, haemorrhagia narium intempestivè sedata; in febribus malignis etiam læpissimè se rosa illa excrementa versus cerebrum delata à φωνâ lechalem excitant: *Vel si a spirituum animalium subitanea extinctione, qua fieri potest per narcoïca & immoderatum spiritus vini usum, qui efflatu suo spiritus animales perimunt.* Szpius tamen præcedit cerebri diathesis & eaus procatarrhica, hinc videmus nonnullos aliquoties insolubibus istiusmodi apoplectis tentari. Præsupponimus ibi materiam quandam colligi in cerebri ambitu, postmodum vero pergere versus corpus callosum, ibidemque partim poros obstruendo, partim narcolein inducendo spiritus animales opprimeat, sicut à sola obstructione fieret tum non ita subito sed successivè paroxysmus invaderet; Quod si materia illa per porositerum excluderet, vel versus ventriculos cerebri transferatur, vel in corpus striatum ibidemque hemiplegiam excitans paroxysmus illic definit, & redit quamprimum nova iterum materia in cerebri ambitu fuerit collecta.

Materia illa morbifica videtur habere naturam vitriolatam quæ à sal. sigere potens est, estque contraria vi explosivæ & spasmodicæ, quæ erat nitro-sulphurea, ita ut ab hac vis elastica spirituum animalium plane tollatur, videmus enim particulas Vitrioli, si cum fulminante terantur, tollere omnem vim fulminantem, sic putamus etiam auram talet glacialem congelare omnes particulas activas spirituum animalium.

Prognosis.] Apoplexia semper est du-

bia. Nullam tamen admittit curationem, si respiratio etiam & pulsus desinant, & sudores colliquati superveniunt.

Non tamen statim cistæ ferali mandandi, quia aliquoties factum est, ut materia discussa in cerebro spiritus animales iterum emanantur e cerebro, sive redierit cordis motus, ut horologio restituatur motus appensis ponderibus. Qui semel paroxysmo apopleticō tentatus, postea fiat vertiginosus, eum novis accessionibus obnoxium fieri iudicatur, quatenus materia morbifica in ambitu cerebri collecta ibidemque sparsum fluitans subinde perportiones tantum exiguae in medullum descendit, & tandem acuta Vitriolica vel narcoticavi siderationem accersit.

In paroxysmo] Motus sanguinis mutandus & juvandus, hinc expedit si in sella æger continetur: spiritus animales excitantur spiritu Corn. Cerv. spir. fuliginis, Salis armoniaci salsi, cauterio actuali vertici applicato, vesicatoriis hinc inde appositis; cucurbitulis etiam, vomitorii & clysteribus acribus non neglectis.

Extra paroxysmum VERE & AUTUMNO purgandum emeticis, catharticis, pilulis de succino Cratonis; Fontanella dñe ponendæ, una in brachio, altera in pede lateris oppositi; pro Corfortatione Electuaria, aquæ destillatae, (NB. in vino prius maceretur ster. eupavonum) rotula; Spiritus salis armoniaci succinatus, coralliatus, castoreo aut cranio humero imprægnatus.

Potus Coffee, & herba thee, succulata; Elixir, vita Matth. Tinct. corallorum.

In diæta cena sit panca vel nulla, somnus meridianus &c. Compotationibus noctis-

nocturnis fugiantur; Materia morbifica sapientia aque tenuis ac subtilis est ac ipsi spiritus animales qui afficiuntur, adcoque omnem fugit sensum, quod probat His-

toria Theologi apud Willistum, in quo ne vestigia quidem vel sanguinis extravasati, vel colluvies serosa apparebant capite aperto.

C A P. III.

De paralyse, caro, comate vigili & somnolento, catalepsi, incubo, lethargo, &c. Opisthotono, Emprosthotono, Tentano.

Coma lethargus & carus differunt, (1) quoad gradus somnolentias, (2) quoad memoriam & oblivionem (3) quoad dissipationem febrilem.

Omnium horum affectuum causa est (1) Humor aquosus pituitosus, lympha copiosa sive colluvies serosa, quae si occupet saltem corticem cerebri & superficiem oritur *Coma*, si non superficiem locum sed & profundius penetrat ad ipsam substantiam & medullarium oritur *Lethargus*; si vero profundius ingreditur ad ipsum corpus callosum, excitatur *Carnis*; ubi vero ipsum corpus callosum, occupaverit oritur *Apoplexia*, quatenus obstruit poros, & transitus denegatur spiritibus animalibus.

Causa 2. à languine copiole non extravasato sive restagnante in vasis, quod sit in plethoricis, quia vasa valde distenduntur, ita ut partes subjacentes comprimantur & tum curantur per venesectionem.

Causa 3. à sanguine extravasato, ubi non est plethora, quando ob nimiam copiam & distensionem vasa rumpuntur vel a casu, iactu, percussione, quae excitant rupturam ut sanguis irruat in cerebrum, unde omnes viæ clauduntur spirit. animalibus.

Causa 4. tumor in cerebro, qui per si-

gna non innescit, nisi post mortem, quale exemplum habet Platherus.

Causa 5. à vaporibus excitatur, quia descendunt live ex humore putrido, vel à vino intemperanter & nimia copia hausto, vel à Spir. *Vin* sic deditis *crapula* sape comprehenduntur tali affectu soporoso propter continuum influxum vaporum exhalantium ex ventriculo, intestinis & vasis mesentericis.

Causa 6. à medicamentis narcoticis vimfigendi habitibus ~anim. qui ita incrassent & coagulantur, finitque inepti ad praestandos sensus, sicque impeditur restauratio. *Vela* etiam tales particula sulphureo vitriolata possunt generari in ipso corpore sicut & alii humores generantur, licet in medicamentis non fuerint assumpta, qua coagulant & incrassant spiritus.

Q. Que vena secunda? *v.* Jugularis præ brachiali, quia sic sanguis intra sinus capitis plurimum coacervatus & restagnans ad eam circulationem facilius reducitur.

Vomitoria Sunt exhibenda si à crapula vel astumptis narcoticis effectus fuit excitatus soporosus sin vero super venerit alii morbo, sanguis sit valde cacochymicus, tum nocent, quia humores exigitant & in partem affectam magis adiungunt.

OO 3 Errhi-

Errhina sternutatoria & apophlegmatismi in principio morbi ob metum nova fixionis vetantur.

Vesicatoria syncipiti adhibita multum praestant.

In Authore.

Præcessit hic febris, E. si est de essentia Lethargi, castoreum semper debet admisceri.

In mixtura potest pro lubitu substitui ▽cephalicam magna Auhaltin. ʒ.β. Tinct. succini. Errhina possunt confici ex nicotiana; flor. lil. convall. majoran. sem. ruta.

Illa materia non fuit evacuata e cerebro, sed ex glandulis palati & salivalibus.

De Incubo.

Non solùm afficiuntur spiritus in

ipso meditullio sed & in cerebello contenti.

Plerumque sunt crapule dediti, & habent sanguinem melancholicum.

Conveniunt purgantia cephalica; post confortantia Conserv. beton. fl. paralytic. major. spir. dianth. pulv. Marchionis, succinum, spir. lil. convall. syrup. de betonic.

℞. Sulph. antim. gr. v. Crem. Tartar. gr. vii. m. f. pulv. S. Brechpulver.

℞. Diagrid. sulph. ʒ.β. castor. gr. v. olei succini gr. j. m. f. pulv.

Hoc purgans in aliis affectibus non potest usurpari, quia excedit dosin.

Hermodactylis optimè omnibus purgantibus precipue in affectibus nervorum addi possunt.

℞. Turbith mineral. & pro hoc errhino minerali aliud ex vegetabilibus constans substitui potest.

CAP. IV.

De Lethargo.

Affectuum priorum subjectum que-
sivimus in cerebri meditullio & ce-
rebello, jam de illis agimus, quorum sub-
jectum latet in cortice cerebri, cuius partis
& loci affectiones sunt somnus vigilia &
memoria. Explicandum itaq; quomodo
sit somnus naturalis & præternaturalis
& memoria. Naturalis somnus sit quan-
do spiritus animales retrocedunt versus
interiorum cerebri partem, & succus ner-
vus pro nutritione & generatione spiritu-
um animalium poros ingreditur, id quod
ex lege naturæ similitudine.

Præternaturalis fit] Quando laccus il-

*le nervus inquinatus, serosus & vitiosus
animales à cortice cerebri repellit versus
interiorum cerebri partem : Eadem haec
spirituum animalium exclusio ab exterio-
ribus cerebri meatus humore quadam
plenis est causa oblivionis.*

*Lethargus sive cum febre vel solùm de-
notat affectum sopororum oritur ab illu-
cie serosa cerebri anfracto exteriore irru-
ente, ejusq; poros & meat° corticales sub-
eunte, id quod docuit Anatomia, quando
etiam plicarū cerebri interstitial lymphä fu-
ere repleta, unde saepius hydrops cerebri.*

*Sæpius etiam à malignitate, quando vi-
tulenta*

trulenta quædam & infesta materia è sanguine in cerebri instillat in febribus malignis, in febribus malè judicatis [coratis] vel fit à latice inertis & vapidis, loco succi nervosi & spirituosi influente in cachexia scorbutica & ietero.

Cause procatarcticæ sunt] Sanguis vitiosus, & cerebri dispositio talis facilè materiam morbificam suscipiens. In narcosi spirituum etiam constitutæ ubi queritur, an particulæ tales narcoticæ in corpore nostro generari possint? Affirm. quia in affectibus spasmotycis videmus generari particulas nitro sulphureas, quare non etiam particulæ sulphur. vitriol. aut narcoticæ.

Aut edictorie summa consistit in hoc, Accidit somnolentia illa, quia spiritus animales exterioris cerebri incolæ à motu & emanatione cessant, quod fit proprio vi-
tio, quatenus verò à labore, morbo &c. absumenti, vel narcosi affecti: ut congele-
tur, vel vitio cerebri, quod in exteriori
parte est obstructum, ut spiritus animales
debito pro expâsione spatio defraudentur.

Quare sedatur Respiratio & pulsus?
R. quia durante paroxysmo eadem causa
morbifica ex parte etiam cerebellum affi-
cit, ibidemq; Spiritus p̄cordiorū mo-
tibus interventes lœdit, qui perturbati nō
quidē omnino cessant, munus tamen diffi-
cultur ac interrupcte peragunt, ut dia-
phragma & thoracis musculi systolas suas
laboriosè, & nunç longiori conatu, inter-
dum nixibus repetitis obeant.

Unde febris in Lethargo? Illa se p̄se-
cedit seu sequitur, non ab humore putri-
do, quo putant oriti inflammationem fri-
gidam, quæ idem sonat quodignis glacia-
lis: Sed à prohibito æquali fluxu sanguini-
nis & æquali refluxu, qui impeditur pro-

pter læsam respirationem & pulsum, non
solum enim fanguinis tempestis in parti-
culis ritè committis & tubactis, verum et-
iam in organica circulatione consistit.

Qua venæ secunda? R. Jugularis p̄
brachiali, quia sic sanguis intra sinus capi-
tis plurimum coacevatus & fortan restan-
gnans in circulationem æquabilem faci-
lius reducitur.

An Vomitoria sint exhibenda? R. Si
à Crapula vel narcoticis assumptis exor-
sus fuerit affectus, convenient Sal. Vitrio-
li, aq. benedict. Quidam vita tunc p̄para-
tus cum aq. cerasor. nigror.

Sin verò febri aut aliū morbo superve-
nerit, vel ob vitiosam sanguinis diathesin
ortus nocent ab initio exhibita, quia hu-
mores exagitat illosq; subigere nequeunt
& in partem affectam magis adiungunt.

*Errhina, sternutatoria apophlegmati-
cissimi morbo inuenire ob metum novæ
fluxionis vitantur. Vesicatoria sincipiti
adhibita multum p̄stant.*

De Vertigine.

*In vertigine manipuli saltum spirituum
animalium afficiuntur, ipsorumq; motus
partim pervertitur, partim supprimuntur.*

In prioribus morbis illa pars cerebri
tantum fuit affecta, in qua anima sensitiva
locum habet, nunc verò illa pars interior,
sive superficies callosi corporis, ubi phan-
tasia & sensus communis resident, afficitur
in vertigine. In vertigine facultas visiva &
locomotiva lœdatur. Objecta enim visibi-
lia circumrotati videntur, & laborantes
sæpius etiā corrunt, nonnunquam à te-
nebris obtusantur. Hoc in affectu sensus
communis & imaginatio lœduntur simul,
judicium verò rationale constat.

Quomo-

Quomodo fiat? Consideranda sunt res nonnaturales, quæ illam excitant, Circumgyratio, Despectus ab alto, Pontium transitus, Navigatio, Ebrietas.

Paralysis.

Definitur quod sit partium nervosarum à debita tensione resolutio seu relaxatio.

Causa est quod Spiritus animales partes illas non satis irradient, vel viarum obstructio, vel spirituum animalium impotentia & defectus, quando à flauo quodam maligno vel narcoticō sunt tacti.

Observatio ad affectus soporosos.

Ad Observ. (1) Comate Corone: male conjungit Author hos affectus.

Oblivio est verum signum Lethargi, neque enim semper adest febris.

Ad Observ. (2) addit Auth. plures morbos & symptomata quæ non possunt inesse subjecto, nec morbo.

Vertigo est symptoma hominis vigilantis, si fuit hysterica quomodo potuit esse vertiginoso, neq; fuit paralytica, quia fuit hysterica sive abfuit potius convulsio.

Si pilulae constant ex resinosis, resolvuntur in spiritu vini vel anisi.

Acida sunt nervolo generi inimica; Affectus hystericus non fert dulcia quæ facilè bilescent, unde effervescentia ostentetur major.

Nephritis, paralysis non possunt curari intra 7. dies ad observ. Deckeri, non semper adest totalis privatio, sed quandoque aliqua saltēm impotentia.

In paralysi debent præcedere præpartantia & resolventia; unguentis præfervuntur Spiritus quia illa magis obstruunt poros. Ag. Anhalt. Spir. lumbr. terrest. præparantia; Salv. Rosin. Major. Nervina.

Pilule fastide laudantur in affectibus hysterici & nervini, quia è profundo elicunt materiam morbificam. Dij.

Loco succini conveniet: spirit. urtic. minor. qui egregie prodest.

Hermodactyls referuntur inter hydri goga, quia serum evacuant, prosunt affectibus nervini.

In pilulis conven. extractum in substantia vel in vino medicato, vel pulvere.

C A P. V.

De Catarrhis &c.

Definitio in omnes corporis partes; totum enim corpus est transpirabile, adsumt etiam vasorum quæ humores ad omnes partes corporis vehere possunt; alii definiunt, quod sit humoris excrementum capite ad subjectas partes præternaturalis effluxus.

Humor præternaturalium,
(Cerebrum) Veteres dixerunt esse te-

ctum domui fumosæ impositum, excipiens vapores è partib⁹ inferioribus continuo alcendeutes; quod sano sensu explicandum, neq; cerebrum semper in culpa, verum etiā partes languificationi destinatae; quāvis vitia primæ vel secundæ coctioniis sœpe præter culpā excusat, cū patitis intemperies, in quo humores generantur, sufficiat, certum enim est in Medicina axioma:

axioma: *Ubi alimentum ibi excremen-
sum &c. Cerebrum etiam generat catar-
rhos, quia aëti præ aliis partibus ex-
ponitur: hinc aer calidus, colliquat &
fundit, frigidus vero constringendo ex-
primit; plurimum vero contribuit in-
equalitas aëris, ejusque subitanæ muta-
tiones, vel etiam aët autuminalis ejus-
que primum frigus, quia poti per totam
testatem fuere aperti.*

*Litterati etiam iis sunt obnoxii ob con-
tinuas meditationes & spirituum anima-
lium consumptionem.*

*Aulici etiam, quia nudato capite sem-
per incedunt, & illi qui conclave ingressi
statim dum adhuc sudant, capillos ficti-
os rejiciunt: E, ob prohibitam serit trans-
pirationem.*

*Qui pedibus nudis incedunt, ob ma-
gnos nervos quos à spinali medulla ha-
beut pedes & impeditam transpiratio-
nem, & hæc est ratio quare pediluvia
conferant quid in catarrhis.*

*Addo membranas &c. Distinguend-
um inter partes mandantes & recipien-
tes: recipientes utique sunt partes mem-
branæ & nervorum, quod ex tumore,
dolore & loco affecto patet, hartum par-
tiam fibrae vellicantur; periostia & mem-
branae ossium capita investientes in ar-
thritide afficiuntur.*

*Addi debent diuretica & sudorifera,
confortantia etiam cerebrum, mortali
increassantes & confortantes.*

*In Catarro suffocativo nocent un-
guenta, saponis etiam in febribus nocent.*

*Purgantia sint aloësica; de succino
Cratoni.*

*Arthriticis, hujus enim causa merito
quaritur in cerebro, quod probant Caro-
lus Piso & Fernelius.*

Non sanguis peccat, quia corpora
exangua ferè semper occupat, quamvis
enim tumor superveniat, ille tamen non
est morbus, sed lymphoma, & ob im-
pedimentum sanguinis circuitum sit, si
enim ex sanguine ob plenitudinem seu
serosam intemperiem extravasato fieret,
duceretur ad suppurationem aliquando.

Neque succus aëcis seu acidus nerve-
us accusati solum potest, quia in 6. par-
tibus excitaret tales vellicationes, neque
solum internodia ossium infestaret: ne-
que humor quidam à sanguine effe-
vescente deciduus, & ab articulis suscep-
tius cauli materialis esse potest, tunc non
semper deberet præcedere febris, & ar-
thritici quam maxime deberent esse pro-
clives ad febres effervescentias, quod ra-
rissime sit: tæpius etiam insultus arthritici
sunt subitæ & in principio valde atroces
sunt, sine immensi sanguinis effervescentia
& ebullitione, quod fieri non possit si
fensum materia morbifica in parte affecta
deponeretur, tum enim essent paroxysmi
longiores & durabiliores, neque tam fa-
cile fedem suam ita mutantem possent.

*Materia morbifica non est merè ex-
trementitia, sive portio succi nutriti
versus salem fixum degenerat; alius hu-
mor ille excrementarius continuo parti
affecta molestias & tumores excitat;*
*Convincitur hoc etiam curatione per am-
putationem & currationem fallâ.*

Itaque appetet humorum quandam
singularem insultus arthritici causam esse
non posse, sed potius duos succos fer-
mentativos non facilè missibiles coite,
effervescente, & luctâ hæc fibratum vellic-
ationes dolorificas excitate; Et quem-
admodum vidimus quod sales in diver-
Pp simo-

si modo statu positi, alii nempe fixi sive alkalisati, alii fluorem adepti sive acetosi invicem commissi ebulliant & effervescent, eorundem humiditate in coagulum album & duriusculum facessente, sic ab eorundem succorum diversa saline indolis coagulatione, nonnunquam materia Tophacea calculosa in locis affectis congerit.

Succus nutritius est sanguine per arterias ad omnes partes delatus constat est paxillo spiritu, aqua terrâ & sulphure copiosus, & modico salis aliquatenus volatilis.

Nerveus liquor volatilis est, quod si degeneret in fluorem sive acerositatem, & jusque particulae, subortâ subinde fluxione, uberi copia, in articulos descendant, ibidem cum minera salina effervescent & patoxylmum atthriticum excitant.

Omnis purgationes aloëtica in affectibus catarrhosis laudantur, uti pilula Cratonis vel Francofurtesc.

Externè non sine uile rite usurpantur thus, mastiche, &c. Externè medicamenta tempore tuto juxta vulgum applicari non possunt, quia magis excitant serum, uti in catarro suffocativo in quo non valet axungia pectoralis vid. Craton.

Albumen qui si cum lacte auribus applicatur valet, sic etiam olea destillat. ut succini &c. Aquæ, Spiritus si Catarrhus est à lymphâ crassa laudantur, omnia vero opiate exulent.

Flor, Cinei &c. per istos flores juxta Deck nihil aliud intelligitur, ac est, quam stannum depuratum.

Aq. Euphras. hæc formula optimè convenit, sed sal est omittendum, ac crocus metallorum, aliquid substituendum.

Min. lib. & hoc emplastrum valde laudatur & est in communius, nam habet vim anodynâ & mitigandi acrimoniâ.

Purgantia & sudorifera habent vim curandi arthritidem.

Aq. prophylact. nostr. hæc formula habet vim lympham acrem incrassandi, & ter de die cochleatim astuti potest.

Erythrina & sternutatoria licet quidem non sine magno successu in quovis catarro assumantur, attamen in ophthalmia maxime nocent Sequitur Errhinum.

Succibet rubra recenter expresa.

Aq. major. ʒij. Sem. nigell. ʒij. Misc.

In die Raasj fuzi hen.

Formula humores intercipiens est sequens.

Diacod. solidi in rotulis August. ʒij. vel iii.

Rüchlein ammer im Mund zu halten.

Formula sequens humores attenuat:

Aq. loch. san. & expert. scabios. ver. asthmatica a ʒij. Oxy. squill. ʒij. Syrup. de scabios. ʒvi. S. Lustl. Wasser.

Pro Confortatione.

Succin. pte. ʒvij. Ambr. ʒij. Sacchar. in aq. epilept. Langu solvit. q. l. f. rotula.

S. Hauptslärkend Alzstein. Rüchlein. Sequens formula in quovis catarro tuato & magno cum succello potest propriari.

Chin elect. ʒij. Lign. lentisc. ʒij. visc. quercin. ʒij. sem. anisi ʒij. Coque in 4 lib. aquæ fontanæ. S. Ordinar. Dranc.

Liber